Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



189

Sed sicut scriptum est que oculus non uidit. nec au
ris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quae
preparauit deus his qui diligunt illum. Nobis
autem reuelauit deus per spiritum sanctum. Spiritus enim omnia scru
tatur. etiam profunda dei. Quis enim scit hominum
que sunt hominis. nisi spiritus hominis qui in ipso est.
Ita que dei sunt. nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos
autem non spiritum huius mundi acceptimus. sed spiritum qui
ex deo est. ut sciamus que a deo donata sunt no
bis. Ad Sedente ihesu. Odalrici episcopi. l. Sapientie.

Ecce Sacerdos magnus qui in uita sua
suffulsit domum. et in diebus suis corro
borauit templum. Templi etiam altitudo
ab ipso fundata est. duplex edificatio excel
si parietis templi. In diebus ipsius emanauerunt
putei aquarum. et quasi mare adimpleti sunt
supra modum. Qui curauit gentem suam et libe
rauit eam a pernitie. qui preualuit edificare ciui
tatem. qui adeptus est gloriam in conuersatione
gentis. et ingressu domus et atrium amplificatus est.
Quasi stella matutina in medio nebule. et quasi